



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Bruno Conf. 6. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

626 VITÆ SANCTORUM. 6. Octob.
Ergo terriūm adeſt, & multis objurgans,
quod mortis æternæ reus dormiret tam
altūm, visionis non vanæ argumenta va-
ticinatur. Hic demum expereſtus alter,
& barbam ſibi evulsam ſentiens, crederet
monenti, refipiscere, ad templum Mi-
nulphi properare: & cùm illic rudis ante,
& nec primis literis tinctus, ſubitò Latini-
æ linguaꝝ peritiam accepiffet, aræ mini-
ſtris vel ideò ſe faciliūs ſociare, quod ar-
tionsuſ jam à ſomno eſſet. Ex Suriō.

*Cur non conſideras, quia mundis in fin-
eſt? omnia urguntur; quotidie ad redden-
das rationes æterno & tremendo Iudiciu-
ſimur; quid ergo aliud niſi de adventu illius
cogitare debemus? qui ſive nolementes, ſive
volentes, per momenta, quotidie ad finem
tendimus. S. Gregor. in Regift. 1. 6.*

S. BRUNO CONF. 6. Octobris.

Quo tempore D. BRUNO Lutetia
Pariſiorum ingenium bonis artibus
excoluit, vir è vitâ excessit princeps inter
literatos, quique virtutis existimationem
longè maximam poſt ſe reliquit. Sed
eheu! quantam aberratis mali judices
hominum oculi! Dum iuſta perſolvun-
tur, ad illam canentis voceim: *Responde
mibi, ecce tibi è capulo ſe defunctus to-
lit, & cum gemitu, Iuſto, inquit, Dei
judicio accusatis ſum; mox poſtridie, Iuſto,*
exclamat, Dei iudicio iudicatus ſum; de-
uum

6. Octob. VITÆ SANCTORUM. 627
num tertio die tertium è feretro fulmen
auditur, *Iusto Dei judicio condemnatus*
sum. Enimverò plus quām tragica hæc
catastrophe omnes movit; at BRUNO-
NEM eò permovit, ut non modò umbram
hanc hominis, sed ipsos etiam homines
fugeret. Atque hinc illa sanctissimi viri
& omnium, qui ducem hunc sequuntur,
frequens in silvas fuga, hinc illud in
omnibus lugubre silentium, ille pallidus
in vultu color, ut interfuisse tristi spe-
ctaculo in BRUNONE omnes posteros
credas. Sed bene morum candidissimo-
rum cygni homines fugiunt cum Superis
acturi: bene nunc tacent, cantaturi
tunc, cùm flebunt alii morituri. Iam
ipsa Dei mater æternam illis tutelam
adpromisit, si illi, quod diurnum *Virgi-*
nis officium dicimus, quotidie perfol-
vant. Pulchra profecto conditio, &
quam meritò ambiant tam pulchrè can-
didati. Quid illud, quod Numen fugam
è mundo BRUNONI's sociorumque
sex, toridem S. Hugoni stellis significa-
vit? Nempe, numerum stellarum augent,
quotquot ad BRUNONI's partes acce-
dunt. Ex Surio.

In omnibus rebus respice finem, & qua-
liter ante districtum stabis Iudicem; cui
nihil est occultum, qui muneribus non pla-
catur, nec excusationes recipit, sed quod
justum est judicabit. Thom. de Kemp.
lib. i. de Imitat. Christi.

R. 2

S. MA.